Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift

peccatur · perturbatione peccetur rationis
atq; ordinis · perturbata autem ratione
& ordine nichil possit addi quo magis
peccare posse uideatur

OMnes stultos insanire · Ego
uero te non stultum · ut
sepe non improbum ut semper · sed demen
tem & insanum rebus addicam neces
sarijs · Sapientis animus magnitudine
consilij · tollerancia rerum humanarum
contempcione fortune · uirtutibus denq;
omnibus ut menibus septus uincetur
& expugnabitur · qui nec a ciuitate
quidem pelli potest ? Que est enim ci
uitas omnis ne conuentus ? etiam furiu
& immanium ? omnis etiam fugitiuorum
ac latronum congregata unum in locu
multitudo ? certe negabis · Non igitur
erat tum illa ciuitas · cum leges in ea
nichil ualebant · cum iudicia iudicum